

exclúde. Per Dóminum nostrum.

Et fit Commem. S. Pauli.
ORAT. *Deus qui*, p. 473.
Deinde SS. Machabæorum Martyrum.

Oratio. Fratérna nos, Dómine, Mártýrum tuórum coróna letificet : quæ et fidei nostræ præbeat incrementa virtutum, et multiplici nos suffragio consolétur. Per Dóminum nostrum.

Post Grad. *Constitues*, p. 472, loco *Y. ult. Tu es*, dicitur sequens.

V. Solve, jubénte Deo, terrárum Petre caténas : qui facis ut páteant cælestia regna beátis. Allelúia.

Secreta. Oblátum tibi, Dómine, sacrificium, intercedente beáto Petro Apóstolo tuo, vivíficet nos semper, et múniat. Per Dóminum.

Pro S. Paulo. *Secreta. Apóstoli tui Pauli*, p. 381.

Pro SS. Machabæis.

Secreta. Mystéria tua, Dómine, pro sanctórum

Mártýrum tuórum nóre, devóta mente tráctémus : quibus et præsidium nobis crescat, et gáudium. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio. Córporis sacri, et pretiósi sán-guinis repléti libámine, quæsumus Dñe Deus noster : ut quod pia devotióne gérimus, certa redemptióne capiámus. Per eúmdem Dóminum.

Pro S. Paulo.

Postcommunio. Percéptis, Dómine, sacraméntis, beáto Paulo Apóstolo tuo interveniéntem deprecámur : ut quæ pro illius celebráta sunt glória, nobis proficiant ad medélam. (Per Dñum.)

Pro SS. Machabæis.

Postcommunio. Præsta, quæsumus omnipotens Deus : ut quorum memóriam sacraménti participatióne recólimus, fidem quoque proficiéndò sectémur. Per Dóminum.

EADEM DIE.

SS. Machabæorum MARTYRUM.

Missa. *Clamaverunt*, ut in die 18 Julii in Festo S. Symphorose, p. 485, cum Orationibus ut supra; Offert. autem et Communio sumantur ex Missa SS. Dionysii et soc. Mart. die 9. Octobris.



DIE II. AUGUSTI. S. Alph. Mariæ de Ligorio EPISC., CONFESS. ET ECCLES. DOCT.

Introitus. *Luc. 4. c*

Spiritus Dómini super me : propter quod unxit me, evangelizáre paupéribus misit me, sanáre contritos corde. *Ps. 77.* Atténdite, pó-pule meus, legem meam : inclináte aurem vestram in verba oris mei. *V. Glória Patri.*

Oratio. Deus, qui per beátum Alphónsum Mariam, Confessórem tuum atque Pontificem, animárum zelo succénsum, Ecclesiám tuam nova prole fecundásti : quæsumus ; ut ejus salutáribus mónitis edócti, et exémpis roboráti, ad te pervenire feliciter valeámus. Per Dóminum.

Et fit Commem. S. Stephani Papæ et Mart., cum Orationibus ex Missa *Sacerdotes Dei*, de Comm. p. [4].
Lectio Epist. beáti Pauli Apóst. ad Timótheum. *II. Tim. 2.*

Caríssime : Confortare in grátia, quæ est in Christo Jesu : et quæ audisti a me per multos testes, hæc coménda fide libus hominibus, qui idónei erunt et álíos docére. Labóra sicut bonus miles Christi Jesu. Nemo militans

Deo, implicat se negotiis sæcularibus : ut ei pláceat, cui se probávit. Nam et qui certat in agóne, non coronáur, nisi legitime certáverit. Laborántem agricolam oportet primum de fructibus percipere. Intelligé quæ dico : dabit enim tibi Dóminus in ómnibus intelléctum.

Graduale. *Ps. 118.* Memor fui judiciórum tuórum a sæculo Dómine, et consolátus sum : deféctio ténuit me pro peccatóribus derelinquéntibus legem tuam.

V. Ps. 39. Justitiam tuam non abscondi in corde meo : veritatem tuam et salutáre tuum dixi. Allelúia, allelúia.

V. Eccli. 49. Ipse est directus divinitus in peniténtiam gentis, et tulit abominatiónem impietátis : et gubernávit ad Dóminum cor ipsius ; et in diébus peccatórum corroborávit pietátem. Allelúia.

Post Septuages., omissis *Allelúia*, et *V. sequenti*, dicitur

Tractus. *Ps. 34.* Ego autem, cum mihi molésti essent, induébar cilicio : humiliábam in jejúnio animam meam : et orá-

tio mea in sinu meo convertetur. *V. Ps. 22.* Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me : impinguasti in oleo caput meum, et calix meus inebrians quam preclarius est. *V. I. Cor. 9.* Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrificarem.

Tempore Paschali omissio Graduali, dicitur:

Alleluia, alleluia. *V. Psalm. 132.* Ecce quam bonum, et quam iucundum habitare fratres in unum : sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron. Alleluia. *V. Joann. 15.* Posui vos, ut eatis, et fructum afferatis : et fructus vester maneat. Alleluia.

EVANG. *Designavit Dominus*, ut in Festo S. Marci die 25 Aprilis, p. 423.
Et dicitur *Creato*.

Offertor. *Prov. 3.* Honora Dñm de tua substantia, et de primitiis omnium frugum tuarum da

ei. Noli prohibere benefacere eum, qui potest : si vales, et ipse benefac. **Secreta.** Caelsti, Domine Jesu Christe, sacrificii igne corda nostra in odorem suavitatis exure : qui beato Alphonso Mariæ tribuisti et hæc mysteria celebrare, et per eadem hostiam tibi sanctam seipsum exhibere : Qui vivis.

Communio. *Eccli. 50.* Sacerdos magnus, qui in vita sua suffulsit domum, et in diebus suis corroboravit templum, quasi ignis effulgens, et thus ardens in igne.

Postcommunio. Deus, qui beatum Alphonsum Mariam, Confessorem tuum atque Pontificem, fidelem divini mysterii dispensatorem, et precationem effecisti : ejus meritis precibusque concede ; ut fideles tui et frequentier percipiant, et percipiendo sine fine collaudent. Per Dominum nostrum.

EADÉM DIE.

S. Stephani PAPÆ ET MARTYRIS.

Introitus. *Ps. 131.*



Acerdotes ejus induam salutari, et sancti ejus exultatione exultabunt. *Ps.*

ORATT. ex Missa *Sacerdotes Dei*, de Comm. p. [4.]

Lectio *Veruum Apostolorum. 20. d.*

In diebus illis : A Miletio Paulus mittens Ephesum, vocavit majores natu Ecclesiae. Qui cum venissent ad eum, et simul essent, dixit eis : Vos scitis, a prima die, qua ingressus sum in Asiam, qualiter vobiscum per omne tempus fuerim, serviens Domino cum omni humilitate, et lacrymis, et tentationibus, quæ mihi acciderunt ex insidiis

Judæorum : quomodo nihil subtraxerim utilium, quo minus annuntiarem vobis, et docerem vos publice, et per domos, testificans Judæis, atque gentilibus in Deum poenitentiam, et fidem in Dñm nostrum Jesum Christum.

GRADUALE. *Ecce sacerdos*, p. [22.]

EVANGELIUM. *Si quis vult*, de Communi, p. [5.]

OFFERTORIUM. *Inveni David*, p. [23.]

COMMUNIO. *Domine quinque talenta*, p. 366.

DIE III. AUGUSTI.

In Inventione S. Stephani PROTOM.

MISSA. *Sedērunt*, ut supra die 26 Dec. in Festo ejusdem Sancti, p. 25, præter Orationem sequentem.

Oratio. Da nobis, quæsumus Domine, imitari quod colimus, ut discamus et inimicos dilige-

re : quia ejus Inventiōnem celebrāmus, qui novit etiam pro persecutoribus exorare Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum : Qui tecum vivit.

DIE IV. AUGUSTI.

S. Dominici CONF.

INTROIT. *Os justis*, p. [28.]

Oratio. Deus, qui Ecclesiam tuam beati Dominici Confessoris tui illuminare dignatus es meritis et doctrinis : concede ; ut ejus intercessionē temporālibus non destituatur auxiliis, et spiritalibus semper proficiat incrementis. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

EPISTOLA. *Testificor*, de Comm. Doctorum, p. [26.]

GRADUALE. *Justus ut palma*, p. [29], et loco ultimi *V. Beatus vir*, dicitur sequens

V. Os. 14. Justus germinabit sicut lilium, et florebit in æternum ante Dominum. Alleluia.

EVANGELIUM. *Sicut lumbi*, de Communi, p. [29].

OFFERTORIUM. *Veritas mea*, ibid.

Secreta. Múnera tibi, Dómine, dicáta sanctífica : ut méritis beáti Domínici Confessoris tui, nobis proficiant ad medelam. Per Dóminum.

COMMUNIO. *Fidelis servus*, p. [28].

DIE V. AUGUSTI.

In Dedicacione S. Mariæ ad Nives.

MISSA. *Salve sancta parens*, ut in Missis votivis B. M. V. a Pentec. usque ad Adventum, p. [57].

Postcommunio. Concede, quæsumus omnipotens Deus : ut qui peccatorum nostrorum pondere præmimur, beáti Domínici Confessoris tui patrocinio sublevemur. Per Dóminum.

Et dicitur *Credo*, et Præfatio de S. Mariæ, *Et te in Festivitate*, p. 250.

DIE VI. AUGUSTI.—IN FESTO

Transfigurationis D. N. I. C.

Intritus. *Ps. 76.*

Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ : commota est, et contrémuit terra. *Ps. 83.* Quam dilecta tabernacula tua, Dómine virtutum! concupiscit et déficit ánima mea in átria Dómini. *V. Glória Patri.*

Oratio. Deus, qui fidei sacramenta, in Unigeniti tui gloriósa Transfiguratione, patrum testimonio roborasti, et adoptionem filiorum perfectam, voce delápsa in nube lícida, mirabiliter præsignasti : concede propitius ; ut ipsius Regis glóriæ nos coheredes efficias, et

eiusdem glóriæ tribuas esse consórtes. Per eúndem Dóminum.

Pro Commem. SS. Martyrum Xysti, Felicissimi et Agapiti.

Oratio. Deus, qui nos concedis sanctórum Martyrum tuórum Xysti, Felicissimi et Agapiti natalitia colere : da nobis in æterna beatitudine de eórum societate gaudere. Per Dóminum.

Lect. Epistolæ B. Petri Apóstoli. II. Petr. 1. c.

Carissimi : Non doctas fábulas secúti notam fecimus vobis Dómini nostri Jesu Christi virtútem et præsentiam : sed speculatóres facti illius magnitudinis. Accipiens enim a Deo

Patre honorem et glóriam, voce delápsa ad eum hujuscémodi magnífica glória : Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complácuti, ipsum audite. Et hanc vocem nos audivimus de caelo allátam, cum essémus cum ipso in monte sancto. Et habémus firmiorem prophéticum sermonem : cui benefáctis attendentes, quasi lucernæ lucénti in caliginoso loco donec dies elucéscat, et lícifer oriátur in córdibus vestris.

Graduale. Ps. 44. Speciósa forma præ filiis hóminum : diffusa est grátia in lábiis tuis. *V. Eructávit cor meum verbum bonum : dico ego ópera mea Regi. Allelúia, allelúia. V. Sap. 7. Candor est lucis æternæ, speculum sine mácula, et imágo bonitatis illius. Allel.*

EVANGELIUM. *Assumpsit Jesus*, ut Doinm. ii. in Quadragesima, p. 83.

Et dicitur *Credo*.

Offertorium. Ps. 111. Glória et divitiæ in domo ejus : et justitia ejus manet in sæculum sæculi, allelúia.

Secreta. Obláta, quæsumus Dómine, múnera, gloriósa Unigeniti tui Transfiguratione sanctífica : nosque a peccatorum máculis, splendóribus ipsius illustratiónis emúnda. Per eúndem Dóminum.

Pro SS. Mart. Secreta. *Múnera tibi*, p. [16].

Præfatio de Nativitate Domini. *Quia per incarnati Verbi*, p. 246.

Communio. Matth. 17. Visiónem quam vidistis, nemini dixéritis, donec a mórtuis resúrgat Filius hóminis.

Postcommunio. Præsta, quæsumus omnipotens Deus : ut sacrosáncta Filii tui Transfigurationis mystéria, quæ solémi celebráramus officio, purificátæ mentis intelligentiá consequámur. Per eúndem Dñm.

Pro SS. Martyribus.

Postcommunio. Præsta nobis, quæsumus Dómine : intercedéntibus sanctis Martyribus tuis Xysto, Felicissimo et Agapito ; ut quæ ore contingimus, pura mente capiámus. Per Dóminum nostrum.

EADEM DIE.

SS. MARTYRUM **Xysti et sociorum.**

MISSA. *Sapientiam*, de Comuni, p. [15], cum Oratt. ut in Missa præcedenti.

DIE VII. AUGUSTI. S. Cajetani CONF.

MISSA. *Os justi*, p. [28] præter Orationes et Evang.

Oratio. Deus, qui beato Cajetano Confessori tuo apostolicam vivendi formam imitari tribuisti: da nobis, ejus intercessionem et exëmplo, in te semper confidere, et sola cælestia desiderare. Per Dóminum.

Et fit Commem. S. Donati Episc. et Mart.

Oratio. Deus, tuórum glória sacerdotum: præsta quæsumus; ut sancti Mártiris tui et Episcopi Donati, cujus festa gerimus, sentiámus auxilium. Per Dóminum nostrum.

EVANGELIUM. *Nemo potest duobus dominis servire, ut in Dominica xiv. post Pentecosten, p. 334.*

SECRETA. *Præsta nobis*, p. [31].

S. Cajetani CONF.

Pro S. Donato.

Secreta. Præsta, quæsumus Dómine; ut sancti Mártiris tui et Episcopi Donati intercessionem, quem ad laudem nominis tui dicatis munéribus honorámus, pie nobis fructus devotiónis accrescat. Per Dóminum nostrum.

POSTCOMMUNIO. *Quæsumus*, p. [31].

Fro S. Donato.

Postcommunio. Omnipotens et misericors Deus, qui nos sacramentorum tuorum et participes efficias, et ministros: præsta quæsumus; ut, intercedente beato Mártire tuo atque Pontifice, ejusdem proficiámus et fidei consórtio, et digno servitio. Per Dóminum.

EADEM DIE.

S. Donati EPISCOPI ET MARTYRIS.

MISSA. *Sacerdotes Dei*, ut in Festo S. Apollinaris

die 23 Julii, p. 489. Orationes autem ut supra.

DIE VIII. AUGUSTI. SS. Cyriaci, Largi et Smaragdi MARTYRUM.

Introitus. Ps. 33. Iméte Dóminum omnes sancti ejus, quóniam nihil deest timéntibus eum:



Iméte Dóminum omnes sancti ejus, quóniam nihil deest timéntibus eum:

divites egéerunt, et esuriérunt: inquirentes autem Dñum non deficient omni bono. *Ps. ib.* Benedicam Dóminum in omni tẽpore: semper

laus ejus in ore meo. V. Glória Patri.

Oratio. Deus, qui nos annua sanctorum Mártirum tuorum Cyriaci, Largi et Smaragdi solemnitate lætificas: concede propitiis; ut quorum natalitia cõlimum, virtutem quoque passionis imitémur. Per Dóminum nostrum.

Lect. Epistolæ B. Pauli Apóstoli ad Thessalonicenses. *1. Thess. 2. c.*

Fratres: Grátias ágimus Deo sine intermissione: quóniam cum accepissetis a nobis verbum auditus Dei, accepistis illud, non ut verbum hóminum, sed (sicut est vere) verbum Dei, qui operátur in vobis, qui credidistis. Vos enim imitatores facti estis, fratres, Ecclesiárum Dei, quæ sunt in Judæa in Christo Jesu: quia eadem passi estis et vos a contribulibus vestris, sicut et ipsi a Judæis, qui et Dóminum occiderunt Jesum, et prophétas: et nos persecuti sunt, et Deo non placent, et omnibus hominibus adversántur, prohibentes nos géntibus loqui ut salvæ fiant, ut impleant peccata sua semper: pervénit enim ira Dei super illos usque in finem.

Graduale. *Ps. 33.* Timéte Dóminum omnes sancti ejus: quóniam nihil deest timéntibus eum. V. Inquirentes autem Dóminum, non deficient omni bono. Allelúia, allelúia. V. *Sap. 3.* Fulgébunt justi, et tamquam scintillæ in arundineto discurrerent in ætérnum. Allelúia.

EVANGELIUM. *Frates in mundum*, ut supra, die 3 Decembris, p. 366.

Offertorium. *Ps. 31.* Lætámini in Dómino, et exultate justi: et gloriámini omnes recti corde.

Secreta. Accepta sit in conspéctu tuo, Dómine, nostra devotio: et eórum nobis fiat supplicatió salutáris, pro quorum solemnitate defértur. Per Dóminum.

Comm. Marc. 16. Signa autem eos qui in me credunt, hæc sequéntur: dæmónia ejicient: super ægros manus impónent, et bene habébunt.

Postcommunio. Refécti participatióne múnieri sacri, quæsumus Dómine Deus noster: ut cujus exsequimur cultum, intercedéntibus sanctis Mártiribus tuis Cyriaco, Largo et Smaragdo, sentiámus effectum. Per Dóminum.

¶ Si Festum S. Laurentii venerit Feria ij., Commem.

S. Romani fit in Dominica, et de Vigilia in Sabbato, in quo celebratur Festum SS. Cyriaci etc., et de ea legitur Evang. in fine, In Ecclesiis autem Collegiatis dicuntur duæ Missæ, una de Sanctis,

in qua Oratio secunda *A cunctis*, p. [80], tertia ad libitum: et altera de Vigilia, cum ij. Oratione de S. Maria *Concede nos*, p. [57], tertia *Ecclesiæ*, vel pro Papa, p. [58].

DIE IX. AUG. IN VIG. S. Laurentii MART.

INTROITUS. *Dispérsit*, ut infra in Dominica post Assumpt. B. M. V. p. 511.

ORATIO. Adesto, Domine, supplicationibus nostris: et intercessione beati Laurentii Martyris tui, cujus prævenimus festivitatem, perpetuum nobis misericordiam benignam impende. Per Dominum.

Et fit Commem. S. Romani Mart. Oratt. *Priesta*, etc. ex Missa *Latâbitur*, pp. [7] et [8].

Et dic. ij. Oratio de S. Maria. *Concede nos*, p. [57].

Lectio libri Sapientiae. *Eccli. 51.*

CONFITEBOR tibi, Domine rex, et collaudabo te Deum salvatorem meum: confitebor nomini tuo: quoniam adjutor et protector factus es mihi, et liberasti corpus meum a perditione, a laqueo lingue iniquæ, et a labiis operantium mendacium, et in conspectu adstantium factus es mihi adjutor. Et liberasti me secundum multitudinem misericordie nominis tui a

regredientibus, preparatis ad escam, de manibus quærentium animam meam, et de portis tribulationum, quæ circumdederunt me: a pressura flammæ, quæ circumdedit me, et in medio ignis non sum aestuatus: de altitudine ventris inferi, et a lingua coinquinata, et a verbo mendacii, a rege iniquo, et a lingua injusta: laudabit usque ad mortem anima mea Dominum, quoniam eruis sustinentes te, et libera eos de manibus gentium, Domine Deus noster.

GRADUALE. *Dispérsit*, infra, p. 511, omissis *Alleluia*, et *V. sequenti*.

EVANGELIUM. *Si quis vult*, de Communi, p. [5].

OFFERTORIUM. *Job. 16.* Oratio mea munda est: et ideo peto, ut detur locus voci meæ in cælo: quia ibi est iudex meus, et conscius meus in excelsis: ascendat ad Dominum deprecatio mea. **Secreta.** Hostias, Domine, quas tibi offerimus, propitius suscipe: et,

intercedente beato Laurentio Martyris tuo, vincula peccatorum nostrorum absolve. Per Dominum.

COMMUNIO. *Matth. 16.* Qui vult venire post me, abneget semetipsum: et tollat crucem suam, et sequatur me.

Postcommunio. Da, quæsumus, Domine Deus noster: ut, sicut beati Laurentii Martyris tui commemoratione, temporali gratulamur officio: ita perpetuo lætemur adspectu. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

EADEM DIE. S. Romani MARTYRIS.

MISSA. *Latâbitur*, de Communi, p. [7].

DIE X. AUGUSTI. S. Laurentii MART.

INTROITUS. *Ps. 95.*

Onfessio et pulchritudo in conspectu ejus: sanctitas, et magnificentia in sanctificatione ejus.

Ps. 16. Cantate Domino canticum novum: cantate Domino omnis terra. **V. Glória Patri.**

ORATIO. Da nobis, quæsumus omnipotens Deus, vitiourum nostrorum flammam extinguere: qui beato Laurentio tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per Dominum.

LECT. *Epistolæ B. Pauli Ap. ad Corinth. 11. g. b.*

Præter: Qui parcescemat, parce et metet: et qui seminavit in benedictionibus, de benedictionibus et metet. Unusquisque prout destinavit in corde suo, non

ex tristitia, aut ex necessitate: hilarem enim datorem diligit Deus. Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis: ut in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum, sicut scriptum est: Dispérsit, dedit pauperibus: justitia ejus manet in sæculum sæculi. Qui autem administrat semeninanti: et panem ad manducandum præstabit, et multiplicabit semen vestrum, et auget incrementa frugum justitiæ vestræ.

GRADUALE. *Ps. 16.* Probasti, Die, cor meum, et visitasti nocte. **V. Igne me examinasti, et non est inventa in me iniquitas. Alleluia, alleluia. V. Leuita Laurentius bonum**

opus operatus est : qui per signum crucis cæcos illuminavit. Alleluia.

EVANGELIUM. Amen, amen. *missi gratum*, p. [9]. Non dicitur *Credo*, nisi in Ecclesia propria, vel nisi venerit in Dominica.

Offertor. Ps. 95. Confessio et pulchritudo in conspectu ejus : sanctitas et magnificentia in sanctificatione ejus.

Secreta. Accipe, quæsumus Dñe, mûnera dignanter oblata : et beati Laurentii suffragantibus meritis, ad nostræ salutis auxilium provenire concede. Per Dñum.

Communio. Joann. 12. Qui mihi ministrat, me

sequatur : et ubi ego sum, illic et minister meus erit.

Postcommunio. Sacro mûnere satiati, supplicet te, Dòmine, deprecamur : ut quod debita servitutis celebramus officio, intercedente beato Laurentio Martyre tuo, salvationis tuæ sentiámus augmentum. Per Dòminum nostrum.

¶ Infra Oct. S. Laurentii dicitur eadem Missa sicut in ejus Festo, et post Orationem diei fit Commem. de Festo simplici occurrente : et iij. Oratio dicitur de S. Maria. *Concede nos*, p. [57]. Sed si occurrat dies Dominica, ij. Oratio erit de Octava, et iij. de Sanctis.

DIE XI. AUGUSTI.

SS. Tiburtii et Susannæ MARTYRUM.

MISSA. *Salus autem*, ut in Communi, p. [16]. Epistola et Evangel. *Attendite*, de Communi, p. [17]. Orationes autem ut infra.

Oratio. Sanctorum Martyrum tuorum Tiburtii et Susannæ nos, Dòmine, foveant continuata præsidia : quia non desinis propitiis intueri, quos talibus auxiliis concesseris adjuvâri. Per Dòminum.

Secreta. Adesto, Dòmine, precibus populi tui,

adesto munèribus : ut quæ sacris sunt oblata mysteriis, tuorum tibi placeant intercessione Sanctorum. Per Dòminum nostrum.

Postcommunio. Sumpsimus, Dòmine, pignus redemptionis æternæ : quod sit nobis, quæsumus, interveniéntibus sanctis Martyribus tuis, vitæ præsentis auxiliis pariter et futuræ. Per Dòminum.

DIE XII. AUGUSTI. **S. Claræ** VIRGINIS.

MISSA. *Dilexisti*, de Communi Virginum, p. [38]. Et fit Commem. Octavæ

S. Laurentii cum Orationibus ut supra, p. 505.

DIE XIII. AUGUSTI.

SS. Hippolyti et Cassiani MARTYRUM.

MISSA. *Salus autem*, ut in Communi, p. [16]. cum sequentibus Orationibus :

Oratio. Da, quæsumus omnipotens Deus : ut beatorum Martyrum tuorum Hippolyti et Cassiani veneranda sollemnitas, et devotiónem nobis augeat, et salutem. Per Dòminum nostrum.

Secreta. Respice, Dñe, mûnera populi tui, Sanctorum festivitæ vota : et tuæ testificatio veritatis nobis proficiat ad salutem. Per Dñum. **Postcommunio.** Sacramentorum tuorum, Dòmine, commúnio sumpta nos salvet : et in tuæ veritatis luce confirmet. Per Dòminum.

DIE XIV. AUGUSTI.—IN VIGILIA.

Assumptionis B. Mariæ Virginis.

INTROITUS. *Vultum tuum*, p. 411. Non dicitur *Gloria in excelsis*.

Oratio. Deus, qui virginalem aulam beatæ Mariæ, in qua habitares, eligere dignatus es : da, quæsumus ; ut sua nos defensione munitis, jucundos facias suæ interesse festivitati : Qui vivis et regnas.

Et fit Commem. Octavæ S. Laurentii Mart. ut supra, in die Festi, p. 505.

Deinde S. Eusebii Conf. Orat. *Deus, qui nos etc.* ex Missa *Os justi*, p. [23]. **EPIST.** *Ego quasi vitis*, ut supra, die 16 Julii, p. 483.

Graduale. Benedicta et venerabilis es, Virgo Maria, quæ sine tactu pudoris inventa es mater Salvatoris. V. Virgo Dei Genitrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera, factus homo.

Seq. *sancti Evangelii secundum Lucam. II. d.*

In illo tempore : Loquente Jesu ad turbas, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi : Beatus venter, qui te portavit, et ubera, quæ suxisti. At ille dixit : Quinimmo

beāti, qui audiunt verbum Dei, et custodiunt illud.

Offertorium. Beāta es, Virgo Mariā, quæ omnium portasti Creatorem : genuisti qui te fecit, et in ætænum permanes virgo.

Secreta. Mūnera nostra, Dōmine, apud clemētiā tuam Dei Genitricis commendet oratio : quam idcirco de præsentī sæculo transtulisti, ut pro peccātis nostris apud te fiducialiter intercē-

dat. Per eūdem Dōminum nostrum.

Præfatio communis, p. 250.

Communio. Beāta viscera Mariæ Virginis : quæ portaverunt ætæni Patris Filium.

Postcommunio. Concede, misericors Deus, fragilitati nostræ præsidium : ut qui sanctæ Dei Genitricis festivitatem prævenimus, intercessionis ejus auxilio, a nostris iniquitatibus resurgamus. Per eūdem Dōminum.

EADEM DIE, S. Eusebii CONFESSORIS.

MISSA. *Festus*, ut die 15 Januarii in Festo S. Pauli

primi Eremitæ, p. 378. Oratt. ex Missa *Os iusti*, p. [28].



DIE XV. AUGUSTI.

In Festo Assumptionis
beatae Mariae Virginis.

Introitus.



Audeamus omnes in Dōmino, diem festum celebrantes sub honore beāte Mariæ Virginis : de cuius Assumptione gaudent Angeli, et collaudant Filium Dei. *Ps. 44.* Eructavit cor meum verbum bonum : dico ego opera mea Regi. *V. Gloria Patri.*

Oratio. Famulorum tuorum, quæsumus Dōmine, delictis ignosce : ut qui tibi placere de actibus nostris non valēmus, Genitricis Filii

tui Dōmini nostri intercessionē salvemur : Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus.

Lectio libri Sapientiae.
Eccli. 24.

IN omnibus requiem quaesivi et in hereditate Dōmini morabor. Tunc præcepit, et dixit mihi Creator omnium : et qui creavit me, requievit in tabernaculo meo, et dixit mihi : In Jacob inhābita, et in Israël hereditare, et in electis meis mitte radices. Et sic in Sion firmata sum, et in civitate sanctificata similiter requievi, et in Jerusalem potestas mea. Et radicavi in pōpulo honorifi-